

2

**H**

pleni

sum omnes de

um  
qui in  
guerra alle

ut in ore eorum om  
ni  
um

ta ut nominum sanctificationis su

ov

Wahl in Abt

10

U. g. 17, 9



EXERCITIUM JURIDICUM 8

De

# RATIFICA- TIONE,

Quod

JEHOVA JUVANTE ET FAVENTE,  
*Magnifico & Nobilissimo Jctorum Ordine inin-  
clyta LL. nutrice Salana, consentiente &  
approbante,*

V I R O

*Amplissimo, Consultissimo & Excellentissimo*

DN. ERNESTO FRIDERI-

CO SCHRÖTERO J. U. Doctore Eminentis-

simo, Curia Provincialis Saxonica Advocato di-

gnissimo &c. Patrono, Praeceptore ac hospite suo eta-

tem devenerando,

PATROCINANTE,

*In Aroaterio Jctorum publicè discutiendum*

*ad d. Junii*

exhibet

JOHANNES CHRISTOPHORUS HERODE

Hallensis.


---

JENÆ

Charactere JOHANNIS NISI.

M. DC. LII.





V I R O

*Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo atque  
Excellentissimo,*

DN. HIEREMIA ÆSCHELN, Jcto  
celeberrimo, Sacri Palatii Cæsarei Comiti splendidissi-  
mo, Illustris. Dnn. Baronum à Schönburg consiliario me-  
ritissimo, Præfecto auff der Wechselburg gra-  
visimo, &c.

U T E T

V I R I S

*Amplissimis, Consultissimis atq; Prudentissimis,*

DN. SALOMON HERDÉN / Fontium Sali-  
narum Hallensium Inspectori summo, Salina-  
tori primario &c.

DN. JACOBO Scheffern / Inclutæ Reipubl. Patriæ  
Oratori meritissimo, Salinatorum præcipuo &c.

DOMINIS

*Mæcenatibus, Fautoribus, respectivè Affini ac  
olim sponsori, Patruo, Tutori & Promotoribus suis summo  
observantiæ cultu ætatem suscipiendis,  
devenerandis.*

Primitias hæc Juridicas

in

*observantiæ argumentum*

&

*Benevolentia augmentum*

sacras esse voluit

A U T O R.





## INTROITUS.

**I**n nomine Domini nostri Jesu Christi. *l. un. C. de off. Affr. qui* semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignatur *l. 2. pr. C. vet. jur.* non abs re, absq; plurimis verborum lenociniis, *arg. l. 2. §. 16. l. 3. §. 16. d. t.* initium facimus, *arg. proem. I. & d. l. un.* & ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium *d. l. 1. pr.* ut & nostras preces ratas esse velit, non enim nostro ingenio confidimus, sed meritò omnem spem ad solam referimus Providentiam summæ Trinitatis, *cum Imp. n. d. l. 1. pr.* Manibus itaq; ad cælum erectis, æterno auxilio freti. *d. l. 1. §. 2.* ponimus.

### THESIS I.

**R**atificationis materiam pro ingenii modulo ag- *Etymolo-*  
gressurus juxta monitum Jcti *in l. 1. de R. C. pri-*  
gus ad ejus definitionem nominalem meritò me- *gia.*  
accingo. † Dicitur autem secundum hanc ratifi- *1*  
catio à ratum & facere, quasi is qui ratificat,  
actum aliàs invalidum, ratum faciat. † Germa- *2*  
nis idem est ac actum confirmare, *bestätigen / be-*  
*festigen / s. acceptum ferre,* unde dicitur ipsis *Genehmhabung /*  
*oder Genehmhaltung. v. Besold. thes. pr. d. voc.* † Veteres dicebant *3*  
ratare, unde contrarium est irritare, teste *Spiegel. in lexic.*

II. Sumitur autem vel † *latè,* ac idem denotat ac consen- *1 Ho-*  
tire in contractum jam præsentem, qui parùm ad nos pertinet; Et *monymia.*  
hoc modo dicitur ratificari Instrumentũ s. contractus Em-  
Venditionis aliussvè coram judice rei sitæ. Interdum † idem de- *2*  
notat ac subscribere contractũ, *einen Contract vollenziehen /* quod  
vel subscriptione, vel etiam, si negotii qualitas postulat, sigilli  
appositione fieri hætenus consuevit. † vel *strictè* pro eo consensu *3*  
vero, qui facto præterito accedit, & translative juris fictione  
statim ad initium actus retrahitur. *l. f. ad Mac. c. ratih. d. R. I.*  
*in 6. Nob. Dn. D. Hahn. ad Wesemb. tit. de Mand. n. 1. p. 597.*

A 2

III. Di-



Synony-  
mia. 1

III. Dicitur alio nomine quoq; , ut ad Synonymiam per-  
veniamus, † Ratihabitio à ratum habendo, quod Dominus nesci-  
ente & absente eogesta ratum habeat. *l. 9. inf. d. N. G. l. 1. §. 14. d. vi. arm. l. 152. §. 2. d. R. I. l. 16. §. 1. d. pign. c. ratib. d. R. I. in 6.* Item  
2 † retrotractio, ab Effectu, est enim imaginaria actus uno tempo-  
re gesti ad aliud tempus à jure facta reductio. *arg. l. 15. d. R. duò. c. cum quis. d. sent. excom. in 6.* Porro † dicitur Approbatio & com-  
3 probatio actus alicujus. *l. 12. d. Ratib.* etiam ab effectu, per eam enim  
4 rem nostram esse approbamus. Deniq; † vocatur rem ratam ha-  
bere. *tt. t. rem. rat. hab. & passim l. f. C. ad Mac. l. 6 §. 9. d. N. G. l. 16. §. 1. de pign.*

Definitio.

IV. Definitur s. ut mavis describitur, Ratificatio, quod sit  
1 confirmatio & approbatio quaedam præteritorum, ab alio no-  
mine nostro gestorum. Generis † loco posuimus *approbationem*  
*& comprobationem*, propter *d. l. 12. §. 1. d. ratif.* dum enim rati-  
ficamus actum aliàs respectu nostri invalidum, nec ad nos perti-  
nentem, nostrum facimus & approbamus istum actum; Addi-  
2 mus tamen † *Quadam*, omnis enim ratificatio est confirmatio  
& approbatio, non tamè omnis confirmatio & approbatio est sta-  
tim ipsa ratificatio, possum enim. e.g. approbare factum, ab alio,  
etiam meo nomine haut gestum, non tamen propterea statim te-  
3 neor ex Ratificatione. subsequitur † *Præteritorum*, quo distingui-  
tur à Mandato, in quo consensus præcedere & non sequi debet.  
*l. 12. §. 14. ibiq; Gotofr. lit. i. Mand.* nec enim mandatum ad nego-  
tium jam dum absolutum accedere potest, sed ad futura negotia  
pertinet. *Nob. Dn. Ludw. disp. ad J. 14. ib. 3. E. Nob. Dn. D. Habn. ad Wesemb. t. Mand. n. 5. verb. res omnes futura*, veluti creditam  
pecuniam, si mandaveris Creditori, ut crederet, nullum est man-  
4 datum. *v. Old. d. act. cl. 4. act. 24. num. 3. p. 667.* Ab † alio, quod ta-  
men non semper requiritur, cum & nostrum factum optimè ra-  
tificatione possimus validare. *v. pass. in seqq.* Requiritur porro ut  
5 etiam † *nomine nostro* vel verè & principaliter, vel in consequen-  
tiam, res gestæ sint, nihil enim operatur ratif. si nomine ratifi-  
cantis non est gestum. *l. 6. §. 6. & l. 9. d. N. G. l. 13. d. precar. can. 23. de sent. excom. in 6.* quod tamè non ita intelligendum, ac si id, quod  
nomine alterius gestum est, non possim ratificare trahendo ad  
me

me negotium, ita ut dicar commisisse delictum illud, vel fecisse negotium. Verum si cupio in præjudicium alicujus juris mei ratum habere, ut fit in casu *d. l. 16. §. 1. pign. l. 20. d. pign. Act. l. f. C. ad Mac. junct. l. 1. eod.* valet omninò ista ratificatio, *Magnificus Nob. Ampl. & Consult. Dn. D. Ungepaur. Rector p. t. Magnificus. Ordinarius Facult. sua gravissimus & c. Dn. Præceptor & promotor Magnus. in Ex. Just. 3. q. 7. in A. p. 138. jung. Dec. ad l. 60. d. R. l. num. 12. Diss. Gotfr. ad d. l. 60. lit. r.* qui tamè excipit casum *d. l. 16. §. 1.* hoc autem in delictis procedere negat *Rosentb. c. 7. concl. 32. n. 20.* Ultimò subjicitur † *gestorū*, Gerere autem h. l. non idem denotat ac Germanis *fragen* / unde *Gestoria* bellica, *gestamen* Militare; prætorium & c. *v. Calv. in Lex.* Nec idem ac *erzeigen* ut pro herede se genere. *l. pro hered. d. A. H.* sed idem hic denotat, ac res Absentis curare, & administrare eines *Gescheffte ausrichten / verwalten* / quæ *acceptio* etiam est *l. 5. §. 1. de Adm. Tut. & l. 1. ff. de N. G.* Et quamvis inter *gestum* ac *factum* subtilis quædam differentia statuatur *in l. 19. d. V. S. l. 2. §. 1. d. Curat. bon.* Hâc tamen neglectâ *gestum* & *factum* pro eodem ponimus. *l. 58. d. V. S.* & sic *gestum* latissimè etiam accipitur. *in l. 2. §. 1. ad Municip.*

IV. Hercisci autem commodè Ratificatio potest in NECESSARIAM & VOLUNTARIAM: Illa † est quæ, interpellente juris necessitate fieri solet. Hujus † in jure nostro varia reperiuntur exempla, quarum quædam, ne extra oleas ferar, hâc vice summo saltem attingere lubet digito. Ex † juris igitur quædam necessitate ratificare debet (1.) is cujus res legitimo modo usucaptæ aut præscriptione ademptæ, possessionem ejus, qui usucepit, est enim semel Dominus J. Civ. effectus. *vid. Suth. d. 17. th. 35. Magnif. Dn. Frantzk. w. d. R. V. n. 13.* quod jus eum hoc in casu reddit tutum, adeò, ut nec contra illud ex capite ignorantie Restitutio detur. *l. f. ibi: nulla scientia vel ignorantia expectanda. C. d. præscr. long. temp. conf. Nob. Dn. Ludw. d. 6. th. 6. C. cum cit.* Sic (2.) Liberi, † velut heredes, factum præstare & contractum vel alienationem patris, maximè titulo oneroso factam, ratificare tenentur. *l. 14. C. d. R. V. l. 3. C. d. reb. al. non al. l. 7. C. d. restit. Mil. jung. l. f. C. qui & adv. qu.* Maximè etiâ si pater adhuc vivens super hujusmodi contractu non conquestus fuerit; liberis quippe parentum persona semper

A 3 sancta

Sancta videri debet. *l. 2. § 6. 7. d. Obseq. parent.* Adeo, ut ne qui-  
 dem pretio refuso alienationem à patre factam retrahendi vel  
 revocandi facultatem ac potestatem habeant. *v. Dn. Rauchb. p. i.*  
 5 *q. 43.* Excipiunt tamen Dd. alienationem fraudulentam, simula-  
 tam, & eam in qua pater rem majoris pretii, minoris distraxit,  
 & ne quidem dimidiam veri pretii partem pro re vendita accepit,  
 6 ut latius deducit *Dn. Rauchb. d. q. 43.* Quid tamen in alienato feudo  
 obtineat, videri potest *Rosenth. c. 9. m. 2. concl. 69. seq. ubi pl. ampl.*  
*& lim. rem illustrat.* Simili modo (3) Heres regulariter tanquam  
 successor universalis defuncti. *l. 62. d. R. I. ejus factum præstare,*  
 7 tenetur. *l. 194. d. R. I. l. i. C. de reb. al. non al.* si tamen (1) lis fa-  
 cta sit nomine defuncti ratificare haut potest, Exemplum habe-  
 mus in B. poss. petita nomine alterius, hinc, si, antequam decesserit,  
 non ratificaverit B. poss, nec heres postmodum ratificare potest,  
 quia nondum fuit agnita, ideoque nec ad heredes transmitti potuit.  
 8 *vid. l. 7. de ratib. l. 3. §. 7. d. bon. p.* Nec (2) heres tamen id, quod à defun-  
 cto gestum est, in re ad ipsum non transmissibili, ratificare potest,  
 hinc Feudum à Fratribus simul acquisitum, cum pacto sibi invi-  
 cem succedendi, altero Domini consensu distrahente, & utriusque  
 nomine promittente, quod alterius ratificationem impetrare  
 velit, si alter antequam ratificet, sine filiis moriatur, filia, & reli-  
 qui heredes, non participant de pretio, etiam si ratificare velint,  
 9 ut pl. declarat *Rosenth. c. 7. concl. 32. n. 16. seq.* (3) sciendum tamen si a-  
 ctus ipso jure nullus est, quod heres factio antecessoris contrave-  
 10 nire valeat. *l. 7. ibi. & heredibus. C. de Agric. & censit.* hinc tamen here-  
 des mulieris, actum absque ejus Curatoris autoritate in Judicio  
 celebratum, tanquam ipso jure nullum. *Col. p. 1. dec. 67. n. 21. jung.*  
*p. 2. const. El. 15.* etiam si mulier, dum adhuc in vivis fuit, actui  
 haut contradixerit, impugnare haut prohibentur. *Moll. ad d. 2.*  
*p. const. El. 15. n. 94. Berl. p. 2. c. 17. n. 123 Magnif. Dr. Carpz. tr. d. don.*  
*Gerad. th. 29. inf. & d. p. 2. c. 15. def. 4.* Porro (4) Mandatarius,  
 11 tamen regulariter gesta à Mandatario, speciali præsertim munito  
 mandato, etsi per nuntium, aut epistolam, ut fieri potest. *l. 1.*  
*§. 1. Mand. factum fuerit, ratificare tenetur. l. 12. §. 9. Mand. l. 5. eod.*  
 12 Etiam si tamen feliciter non successit. *l. 4. C. eod.* aut casu aliquo impe-  
 ditus mandatum implere non potuit. *l. 56 §. f. Mand. d. l. 4. C. eod.*  
 aut



aut Dominus ipse minoribus sumtibus expedivisset. *l. 17. §. 4. eod.*  
Modo † tamen in expediendo negotio sibi demandato fines præ-  
scriptos non excefferit, *§. 8. f. l. 5. pr. §. 1. l. 41. l. 46. Mand. l. 12. C. eod.*  
nam si eos excedit planè aliud agere videtur. *d. l. 5. pr. Old. de Act.*  
*cl. 4. act. 24. p. 682.* Sciendum † tamen est, eum posse per æqui-  
pollens adimplere id, quod mandatum est, & media ad id ido-  
nea, pro usu negotii eligere, *l. 62. §. 1. ibiq; Gl. & Gotfr. lit. g. etb.*  
*Mand.* quia ut nihil interest mandantis, quomodo mandatum  
impleatur, ita in hoc b. f. contractu simul mandata videntur, si-  
ne quibus mandatum ad exitum perducì nequit. *arg. l. 62. d. proc.*  
*l. 2. d. l. di. l. f. d. off. ej. cui. m. Idict. Wesemb. com. ff. tit. Mand.*  
*n. 6. Old. d. l.* Et hinc † est, quod mandatum habens ad venden-  
dum, videtur etiam habere ad pretium recipiendum. *arg. l. 35. de*  
*sol. Fach. 2. c. 93. Treutl. d. 27. th 7. F. ibiq; Bachov.* Et hæc † obti-  
nent in privatis negotiis, in publicis verò causis, p. legationibus,  
per alia media negotium conficere, & à Mandati præscripto &  
formula recedere haut consultum esse, testis est *Nob. Dn. Ludw.*  
*d. 14. th. 4. B. inf.* Hùc etiam. (5) pertinet, quod subditi † supe-  
rioris sui Mandata, Edicta, atque inhibitiones ratificare tenean-  
tur, müssen Geboth und Verboth annehmen/ *Ritter. tr. de Homag.*  
*e. 7. concl. 181.* adeò † ut sub comminatione certæ ac determinatæ  
multæ aut pœnæ, quæ fructus sunt J. dictionis, & meri impe-  
rii. *Dn. Reink. d. R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 4. n. 48.* non tantùm legi-  
bus, monitis ac constitutionibus ejus provincialibus (Landes-  
Ordnungen) parere. *Pac. l. 2. d. prob. c. 35.* verum etiam onera  
imposita, sive sint ordinaria (Gewöhnl. Steuern) sive extraor-  
dinaria (Schakungen/ Anlagen) præstare teneantur. *Dn. Reinck d.*  
*l. n. 95. & 96. Magnif. Dn. Carpz. l. 4. Resp. 70. n. 4.* Quid † de Prin-  
cipe Tyrannide dicendum sit, vid. *Reink. l. 1. cl. 1. c. 5.* Ex † pro-  
prio facto tenetur Actor posita semel in libello ratificare, utpote  
quæ pro confessis habentur. *Abb. in cap. examinata 15. X. de Jud.*  
*n. 3. & juxta eum Wesemb. Com. ad t. d. Edend. n. 8.* quin imò † o-  
mnis scriptura, & omne productum in judicio censetur per pro-  
ducentem approbatum. teste *Moll. 1. sem. 22. pr. cum. cit.* ita qui-  
dem ut longè fortior sit hujusmodi tacita confessio ex instrumen-  
ti productione oriens, quàm expressa, quod contra hanc facili-  
us ad-

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22 us admittatur probatio in contrarium, quàm contra illam. Quod  
† tamen *Dd. com. lim.* (1) procedere tantum in dispositivis, non  
23 etiam enunciativis. (2) in Articulis, non tamen iis, quæ in foro  
Saxo. in usu sunt, *ut pl. ap. all. Moll.* videre est ubi † etiam valere  
24 probationem Advocatorum usitatam, velle se scripturâ, quàm  
producent, uti, non aliter, nisi quantum pro cliente valeat, inter  
25 alia concludit. Quatenus † autem quis præsumatur ratificare scri-  
pta in testamento à se producto, latè variis declarationibus illu-  
strat. *Men. 2. pres. 45.* Eodem † ferè modo (8) tenetur quis ratifi-  
care confessionem à se semel prolatam, sive verum sive falsum,  
quis confessus fuerit, nulla quippe melior est probatio, nullaque  
26 fortior. *l. 3. l. 5. d. confess.* quæve controversia velut jam definitiva  
lata, dirimitur, cùm confessus pro judicato habeatur. Dummodo  
† id quod confessus est, vel per rerum naturam, vel de jure dunta-  
27 xat verum esse possit. *l. 4. l. 6. §. 2. d. confess. Doucl. 28. c. 1.* Absurdum  
† enim foret aliquem condemnare propter confessionem rei ali-  
cujus, quod in rerum natura nunquam fuisset. *l. f. d. confess.* pot-  
est enim ex impatientia, vel tædio vitæ quis confiteri, quod nun-  
28 quam à se perpetratum est. *l. 1. §. 27. d. quest.* deinde † omnino et-  
iam necesse est, ut, quod quis confitetur, etiam per jus sit possibi-  
le, Confessio enim contra jus, aut leges facta, nec nocet, nec quic-  
quam probat. *l. 14. §. f. d. interr. Umm. d. ad proc. 13. thes. 8. num. 43.*

V. Et hæc de NECESSARIA ratificatione dixisse suffici-  
1 at. VOLUNTARIA † est, quæ ex sola nudave voluntate hominis  
dependet, an nim. ratificatione actum suo nomine gestum, suum  
2 facere velit, nec ne. Cum † quilibet rerum suarum censeatur  
esse moderator & arbiter, unde liberrime etiam conditionem su-  
3 am vel meliorem vel deteriore ratificatione facere non prohi-  
betur. Modo † aliàs non impediatur *juxta th. 9. infr.*

VI. Porrò dividi solet ratificatio in TACITAM s. præsum-  
1 tam, & EXPRESSAM: HÆC † quæ expressis verbis legis aut homi-  
2 nis profertur. Expressam † autem ratificationem etiam putamus  
eam, quæ literis fit, quippe per hæc non minus, quàm verbis  
mentem nostram declarare possumus.

1 VII. TACITA s. præsumta est, † quæ quidem non ex expres-  
sis verbis, sed ex aliis præsumtionibus, aut factis, ratific. inducen-  
2 tibus, *de quib. v. infr. th. 14.* oritur. Et sic † h. m. Minor, Si Major  
factus,

factus, ad actus per se non subsistentes, puta ad alienationem bonorum sine causæ cognitione, & decreto iudicis, sicq; absq; requisitis solennibus factam, quinquennium, de ¶ J. Sax. ab exeunte. 21. æt. anno. *Magnif. Dn. Carpz. d. l. n. 8.* tacuerit, contractum tacite approbasse, & ratific. censetur, adeò ut occasione prætermissionis decreti minimè retractari possit, sed sic teneat, ac si ab initio legitimo decreto res fuerit alienata vel supposita. *l. f. ibi i. de o. q. precipimus. C. si maj. f. al. absq; dec. f. rat. b. add. Magnif. Dn. Carpz. d. l. n. 7.* Similiter ¶ si per quadriennium, quoad extraordinarium Restitutionis beneficium, contra actus alias per se subsistentes & validos, tacuerit, tacitè quoq; ratificasse & approbasse actū intelligitur *l. f. C. d. temp. in int. rest. Magnif. Dn. Carpz. d. l. n. 6.* Et hæc ¶ quidem ita se habent quoad alienationem onerosam, secus erit quoad donationem, non tamen propter nuptias, quam, sive cū decreto, s. absq; decreto facta fuerit, non censetur ratificasse, nisi tacuerit decennio inter presentes, & vicennio inter absentes. *d. l. f. C. si maj. inf.* Quæ autem ¶ dicta sunt de alienatione absque decreto facta, quod ea per taciturnitatē quinquennalem ratificetur, multo magis in ea, quæ cum decreto Magistratus facta, locum habere potest, cum talis alienatio sit ipso jure valida. *d. l. 22. C. d. adm. Tut. i. t. C. de præd. & al. reb. Min. sin. decr. non. alien.* Et sic accedente ratificatione tacita, magis magisq; convalidatur, adeò ut omnis adversus tutorem aut ejus heredes exspiret actio. *D. ff. ¶ P. Heig. p. 2. q. 19. n. 30. qui d. l. ult.* tantum de extraordinario remedio, non etiam ordinario accipit, ita ut minor non obstante quinquennii lapsu, nihilominus aliis remediis, quibus & Major alias uteretur, juvari possit. Cui ¶ tamen optimè satisfecit *Dn. Berl. p. 1. d. 112. add. Wesemb. com. ff. de reb. or. qui sub tut vel Cur n. 5. inf.* Sed num ¶ omnes Tutorum aut curatorum actus & contractus, silentio quinquennali, & sic ipso facto, convalidentur, dubitationis est? ita putat *Magnif. Dn. Carpz. d. R 76. n. 12. seq.* tū ¶ quod ratio *d. l. ult.* nō minus in aliis contractibus, quorū effectus ad translationem domini, vel alienationem quandam tendit, quam in casu *d. l. ult.* militet, quia vocabulum alienationis generaliter sumtum omnes omnino distractionum modos comprehendit. *H. Piff. l. 1. q. 31. n. 24. vs. ubi magis generaliter.* tum ¶ etiam, quod ac-

B

cedat

cedat huic expressa *l. 2. C. si maj. f. nat. b.* quâ omnis probatur rati-  
 ficatio gestorum à Tutore in minorenni ætate, non modo quæ  
 9 verbis, sed & ipso opere aut facto fieri solet. tum † quoq; quod  
 contractus à Majorennæ facto rati habitus, ejus mandato cele-  
 bratus videatur. *per trad. in th. 16. num. 7.* ut sic meritò servari de-  
 10 beat. Et † hanc sententiam verissimam fuisse visam senatui pari-  
 ter Appellat. & Scabin. Elector. testantur ejus *in fin. d. Resp.* apposi-  
 11 ta verba sententiarū. Simili modo † Tutor censetur tacitè ratifica-  
 se Tutelam sibi delatam, si eam sibi deferri sciverit, & intra tem-  
 pus præstitutum, de quo *v. Magnificum Nob. Ampl. & Conf. Dn. D.*  
*Thoma. Præcept. quondam meum exoptatissimum, nunc v. Consiliar.*  
*Saxo Alteburgic. longè gravissimum, Patronum ac promotorem ma-*  
*gnis nominibus mihi devenerandum &c. in prælect. publ. ad 7. t. d. Exc-*  
*cus. Tut. Aph. 15.* Excusationem suam non interposuerit. *arg. l. 13.*  
 12 *§. 3. seq. l. 38. d. Excus.* Sic † tacitè videtur Reus approbasse Procu-  
 ratorem absq; mandatu, tanquam personam legitimam, si omissa  
 exceptione legitimationis litem simpliciter contestatus sit,  
 eo ipso enim constituit eum in quasi possessione procurationis, &  
 videtur ei remisisse, non tantum mandati productionem, sed &  
 rati cautionem, cū sit exceptio dilatoria, & ante litis contestatio-  
 nem opponi debeat. *Zang. d. Exc. p. 2. c. 8. n. 22. & 20.* sibiq; impu-  
 13 tet, quod non exegerit. *Wassqv. 2. contr. 16. n. 5.* Quamvis † Judicem  
 hoc in casu exhibitionem mandati desiderare posse putet. *Hill. ad*  
*Don. 18. c. 12. G. plur. v. infr. th. 14.*

**VIII.** Causa efficiens, vel † est lex, quæ vi fictionis retro-  
 1 *Causa effi.* tractivæ fingit ratificantem præsentem fuisse actui ratificato con-  
 2 *ciens.* gruis loco & tempore. *l. cum decem 71. d. sol. l. serv. 65. ad Scit. Tre-*  
*bell.* vel † voluntas hominis ratificantis, tam expressa quàm tacita  
 & præsumta.

**IX.** Materia in quâ s. subjectum, qui nim. ratificatione suo  
 1 nomine gesta approbare possunt, sunt regulariter omnes, † qui  
 modò per se negotium gerere, & consensum præbere valent. *arg. l.*  
 2 *16. §. 1. d. pign.* Nulla † enim ratif. fieri potest absq; consensu, imò  
 nihil aliud est, quàm consensus subsequens, interim tamè non sta-  
 tim omnis consensus inducit ratificationem *Magnif. Dn. D. Un gep.*  
 3 *Ex. 3. q. 7. in A. p. 130. m.* Consensus † autem juxta doctrinā *Nob. Ampl.*  
 & *Conf.*

*Et conf. Dn. D. Struve/ Jur. Fac. p. t. Decani spectab. Et Dn. Praecept. Favitoris ac Promotoris mei etatem amandi, prosequendi. in Ex. 4. ib. 17. duo habet principia, intellectum, ac voluntatem, Utroq; vel alterutro horum deficiente, consensus quoq; deficit. MUTI ¶ igitur ac SURDI, cum utroq; sint instructi, & omnia negotia celebrare, in quib. non est opus sermone. l. 4. §. 1. de pact. l. 48. d. O. & A. l. 124. d. R. I. ac non tantum contractus consensuales, d. l. 48. l. 43. §. 1. d. Proc. sed & nuptias, quæ solo consensu fiunt. l. 30. d. R. I. inire possint. l. 37. pr. d. J. dot. dubium non erit, quin & ratif. Actum suo nomine gestum, queant. add. in. Nob. Dn. D. Struv. in pral. publ. ad l. 4. §. 1. d. pact. FURIOSIS ¶ autem, qui nimirum rabie quadam animi agitantur, & à mente captis, utpote qui magis inquiete sunt, distant, prout differentias inter hasce plures eleganter constituit Masc. d. prob. concl. 5929. cum nulla attribuatur voluntas. in l. 5. l. 40. d. R. I. l. 1. §. 12. d. O. & A. nisi quasdam saltem reliquias admittas. l. 8. d. his qui sui vel alien. aut cum Nob. Dn. D. Hahn. tit. d. pact. n. 5. eum æquitate svadente aliquando consentire fingas. l. 2. §. 2. sol. Matr. pr. I. d. nupt. l. 25. C. eod. l. 28. C. d. Episc. Aud. eisq; adimatur intellectus. §. 8. t. d. inut. stip. ac denegatur consensus. l. 2. C. d. contr. Emt. dum & mente carere dicuntur, imò per omnia absentis & quiescentis loco sunt. l. 124. §. 1. d. R. I. v. Nob. Dn. D. Struv. in pral. publ. ad tit. d. proc. l. 2. §. 1. hinc facile patet, eos ratif. haut posse, l. 2. §. 1. d. proc. Quod ¶ tamen de iis intelligendum, qui continuo furoris infortunio laborant, non qui intermissa habent intervalla, & in conspectu inumbratae sunt quietis, ut eleganter Celsus in l. 18. §. 1. d. A. P. utpote quorum voluntas ita attenditur, ut sicut omnia negotia rectè gerere, arg. l. 20. §. 4. qui testm. f. pos. l. 9. C. eod. l. 2. C. eod. l. 2. C. d. Contr. Emt. ita & ratif. possint. l. 22. §. 9. ibiq; Gotfr. in not. lit. 1. sol. matr. Sicut ¶ autem furor superveniens nullum negotium rectè gestum perimit. §. 1. J. qu. non perm. f. test. ita nec ratific. perimere potest autumo. Cum ¶ verò dubium sit, Utrum tempore furoris, an verò intermedio tempore quid actum s. ratificatum sit, Dist. duco cum Hering. tr. d. Fidei. c. 7. n. 116. utrum actus iste more sapientis gestus fuerit, nec ne: priori casu præsumitur eum furiosum non fuisse, & propterea valet hic actus: Posteriori verò casu, cum Fu-*

- 9) rore laborasse putamus jung. *Masc. concl. 824.* Cæterum † qui stultorum nomine alias designatur, oppositis prudentibus, errantibus aut peritis, schlechte/ alberne und einfältige Leute/ quibus potius temeritas & ineptia culpabilis, quam animi morbus miserabilis. *l. pen. § f. vers. quod si ideò. d. jur. ignor. exprobat. ad præsentem disquisitionem haut pertinent. l. 4. quod vi.* Assimilamus
- 10) † Furioso ad alienationem mentis usq; INEBRIATUM: *c. 14. d. vii & bon. cler.* qui duos soles sibi videre visus est, nullo enim consensu, nullove consilio est instructus, Imò potius ignorantibus, *c. vend. dist. 35. c. sanè. 1. 15. q. 1. mortuis & furiosis. d. c. 14. comparatur. v. Treutl. v. 1. d. 6. th 5. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. c. 16. d. 36. n. 4.* Quæ † nimia Ebrietas probari potest testibus, his verò deficientibus, Juramento Ebrii standum erit: *v. d. def. 16. n. 6 & 7.* Limitat tamen 1. nisi post discussam Ebrietatem promissionem suam quis de novo ratificet. 2. nisi manè sobrius gloriatur se elapsa vespera aliquem promissione suâ illusisse. 3. in paululum Ebrio ac hilari. 4. in affectata Ebrietate, v. Hering. *d. l. n. 129. n. 129. Add. Wesenb. com. ff. de sic ar. n. 24.* Glaucoma † quoq; intellectui ac volûtati objicit Error & Ignorantia, & propterea, cum deficiat consensus, *juxta trad. junct. l. 116. §. 2. d. R. I. nec ratific. posse ERRANTEM aut IGNORANTEM,* meritò dicendum erit *Masc. v. 3. concl. 1255. n. 8.* qui tamen limitat hoc in ratific. verbis generalibus facta. Hinc † ratific. etiam expressa contractus celebrati per Instrumentum non operatur, nisi omnia capitula instrumenti fuerint nota. *Magnif. Nob. atq; Consult. Dn. D. Richter. Com. sac. Pal. Cas. Fac. sac. senior. Dn. Præceptor, atq; Promotor meus de venerandus p. 2. dec. 76. n. 148.* Sic † moraliter cum deficiat consensus in iis, quibus decreto Magistratus. *l. 1. l. 6. l. 16. d. Cur. Fur. l. 1. C. eod. l. 11. d. Tut. interdictum l. 40. de R. I. qualis est PRODIGUS,* qui neq; tempus, neq; fines expensarum habet, *d. l. 1. §. nullus dubito,* eum haut ratificare posse, cum & Furiosis æquiparetur, *l. 6. V. O. l. 40. R. I. l. 70. §. 4. d. Fidei. N. O. l. 25. d. Fidei. de cujus intellectu vid. Hering: c. 5. n. 334. add. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. c. 16. def. 37.* Nondum † etiam sese exerit ob ætatem Intellectus & voluntas in IMPUBERIBUS: & quidem † INFANS qui nim. 7. æt. ann. nondum excessit. *l. 18. pr. C. d. jur. delib. l. 1. §. 2. adm. Tut. cum nec naturaliter, nec aliū sibi civiliter obligare sine Tutoris autoritate:*

ritate valeat. §. 10. *I. d. in ut. stip.* Imò planè nullum dicitur ha-  
 bere intellectum *in d. §. 10.* quidve agat nesciat. *l. 1. C. ad. Maced. ca-*  
*reat sensu. l. 32. §. 2. A. H. & affectu. l. 26. C. d. don.* utiq; nec ratifi-  
 care potest. Idem. † ferè de PUPILLO statuendum erit, videmus e-  
 nim ob humorum Imperfectionem, & naturæ, Judicium animi  
 adhuc esse imperfectum, interim tamen indies augeri, hinc & in  
 ætate illa, nec velle, nec nolle creditur. *l. 189. d. R. I.* ac proinde  
 requiritur ad ejus consensum pro complemento Tutoris autori-  
 tas *pr. I. d. Aut. Tut. vers. unde in his caus. d. §. 9. I. d. in ut. stip.* † In MI-  
 NORE verò cū jam sit aliqua judicii stabilitas. *d. §. f. I. qui. Ex quib.*  
*caus.* ita ut sive Curatorem habeat, sive non, absq; ejus consensu  
 validè obligetur. *l. 101. V. O. l. 43. d. O. & A. l. f. §. 1. d. V. O. l. 17. §.*  
*1. d. App.* læsus verò restituitur in integrum. *t. r. d. Min. v. Nob. Dn.*  
*D. Struv. d. l.* putamus eum posse ratificare actum, qui tendit  
 ad acquisitionem, qui verò ad alienationem, non nisi adhibita Cu-  
 ratoris autoritate. *arg. l. 3. C. d. rest. in integr. Add. Ampl. Consult.*  
*atq; Excell. Dn. Praeses Hospes, praeceptor, atq; Patronus meus perpe-*  
*tuo amore prosequendus, in not. ad Wesenb. tit. d. pact. n. 4. ad verb.*  
*minores qui curat. habent.*

18

19

X. Objectum seu materiam circa quam, quod attinet, ver- **Objectum:**  
 satur † ratificatio vel circa actus Criminales, vel Circa Civiles, 1  
 quoad † civiles, vel circa contractus vel circa alios actus. Circa 2  
 † Contractus versari eam patebit ex seqq. & quidem (i.) MUTUUM 3  
 † à filiof. contractum, quamvis propter Sctum Macedonianum, 4  
 cujus verba habentur in *l. 1. ad. Maced.* & eorum summa in *§. f. I.*  
*quod cum eo.* nec filium obligat, nec patrem. *l. 9. C. quod cum eo. l.*  
*6. pr. C. ad. Maced.* Attamen si pater hunc contractum ratificave-  
 rit, tenetur perinde ac si ab initio jussit, aut mandaverit. *l. f. C. ad*  
*Mac.* adeò ut & actione quod jussu ex ista ratificatione teneatur. *l.*  
*1. §. 6. quod jus.* Ratificare † autem pater intelligitur, non tantum 5  
 verbis, sed & re ipsa & facto, veluti si debitum incœperit solvere.  
*l. 7. §. 15. C. ad. Maced.* interdum etiam silentio, ut puta si filius ab-  
 sente patre, quasi ex Mandato ejus, pecuniam acceperit, & ad pa-  
 trem literas emisit, ut eam pecuniam in Provincia solveret, nam  
 si pater taceat, nec continuò testationem contrariæ voluntatis in-  
 terponat, ratificasse cœsetur. *l. 16. ad. Maced. jung. Zang. p. 3. c. 12. n. 33.*  
 B. 3. seq.



- 6 *seq.* Uti ¶ autem agnitio Patris, ob ratihabitionis vim, nocet filio, ita è contrario Filii; haut nocet patris, requiritur enim ad Mutuum Filiifamilias consensus utriusque tam patris, quam Filii, qui adest, cum pater ratificat, cum verò filius agnoscit, pater nec antè, nec nunc consentire videtur. *Don. En. 12. cap. 28.*
- 7 *D.* IN COMMODATO, ¶ utpote quod in re aliena consistit. *l. 15. l. 16. Com.* quin locum habeat ratificatio, extra dubitationis ale-
- 8 am positum esse puto. simile de DEPOSITO ¶ erit iudicium propter *l. 1. §. 39. l. 31. §. 1. depof.* cum & in deposito nec Dominium nec pos-
- 9 sessio transferatur. *l. 17. §. 1. eod.* IN PIGNORE ¶ verò Nil. Obst. quo-
- 10 minus consentiente ¶ Domino aut ex post facto ratificante oppi-  
gnoratio fieri queat. *v. l. 20. pr. d. pign. act. d. l. 16. §. 1. Jung. Bach. d. pign. p. 2. c. 2. §. 3. & Dn. D. Georg. Heint. Balsras tr. d. pign. th. 27. p. 30.*
- 11 *Nob. Dn. Ludw. d. 11. th. 11. C.* sed quid de STIPULATIONE ¶ dicendum erit, regulariter alteri nemo stipulari potest *l. 38. §. 17. d. V. O.* nec factum alienū promittendo obligatur. *l. 38. pr. junct. l. 83. eod. §. 3. J. d. inut. stip.* nisi in quibusdam certis casibus, quarum bonam partem recenset *Gotfr. in not. ad d. l. 38. §. Nob. Dn. Ludw. d. 12. th. 2 D.*
- 12 *seqq.* Putarem ¶ autem in iis casibus, in quibus quis alterum efficaciter stipulando obligare potest, etiam ratif. locum habere posse, cum nemo, rem ad se non spectantem, in sui præjudicium ratif. suam efficere, prohibeatur, *v. s. th. 3. n. 5.* Porro ¶ ratificatione confirmatur EMTIOVENDITIO inutilis. *l. 44. §. 1. d. usuc. l. 12. C. Mand. imò plane nulla. l. 3. C. d. R. V. l. 19. C. d. N. G.* Cum non tantum res aliena vendi. *l. 28. d. contr. Emt. l. 11 §. 2. d. act. Emt.* sed & alieno nomine Emtio-Venditio celebrari possit. Fallit ¶ tamen hoc in venditione Reçtori provinciæ facta. *l. 1. §. 2. d. contract. jud.* quod nec ista venditio lapsu quinquennii post administrationem depositam ratificetur. *d. l. 1.* Pretium ¶ vero, ex re mea vendita redactum, secuta ratif. venditionis indifferenter meum non fit, ut videre est
- 16 ap. *Rosenb. 7. concl. 32. n. 21.* LOCATIO-CONDUCTIO ¶ cum & ea in re aliena consistat, *l. 7. §. 8. locat.* utiq; à Domino, si velit, ratificatione confirmari poterit. De MANDATO ¶ nullum erit dubium, cum non tantum æquiparentur. *v. infr. th. 16. n. 7.* verum etiam Mandatario actione contraria Mandantē teneri, ut ipsius nomine ex Mandato gesta ratificet, pateat ex *l. 6 §. 4. l. 15. §. pass. Mand.*
- 18 *Jung. 5. th. 4. n. 10.* Offerit ¶ se nunc hic Quæstio, An Clausula rati in  
Man-



Mandato sit necessaria, ita ut partem essentialem ejus constituat?  
 Quod neg. quia Mādato per se in est tacitè rati habitationis promissio. *l. si proc. 6. d. cond. indeb. jung. S. 1. b. 4. n. 10.* Notum autem quod expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operetur. *l. 3. ibiq; Bald. C. d. fidej. l. 3. ibiq; Gotfr. lit. p. d. leg. 1. junct. l. 107. & Gotf. lit. n. de cond. & Dem. vid. pl. hanc sententiam propugnantem, & ad contraria Respondentem Dn. Rau. bb. p. 1. q. 2. cum cit. Add. Berl. p. 1. d. 80. n. 3. & d. 54. Hill. ad Don. 18 c. 12. EE. p. 380.* si verò † usum hodiernum & commune Dd. placitum inspiciamus, Affirmativæ omnino subscribendum erit. *v. Magnif. Dn. Carpz. l. 3. c. 1. Rz. 10. cum all. Berl. p. 1. c. 14. n. 71 Wesemb. de proc. n. 6. in m. & n. 7. in. m.* qui tamen † notabiliter monet, clausulam rati ita concipi debere: *quicquid gestum fuerit*: non verò sufficere, ita poni: *quicquid legitimè gestū fuerit*: nam Dominus semper cavillari posset, non legitimè gestum esse. Quasi contractus † quoq; quandoq; ratif. interposita convalidari possunt; Hinc † conciliat ratif. **NEGOTIUM GESTUM.** *l. 6. §. 9. l. 9. l. 24. d. N. G. l. 25. inf. C. d. don. int. vir.* **HEREDITATIS DIVISIONEM**, sine dolo à Minore factam. *l. 1. C. si maj. frat. b. divisionem etiam infirmam. l. 2. C. com. utr. pred.* Circa **HEREDITATIS tamen † ADITIONEM** filii. notandum, patris ratif. parum prodesse filio, cum jussus ejus præcedere debeat. *l. 25. §. 4. d. A. H. ne videlicet pater invitus æri alieno obligaretur. l. 6. pr. eod. Magnif. Dn. Carpz. l. 2. §. 7. Consist. 2. d. 41. n. 3.* Cum tamen ei profit in **B. POSSESSIONE.** *l. 6. §. d. l. 25. §. 7. eod. l. 3. §. 7. d. B. p. l. 1. C. qui adm. ad B. p. Rationem. diff. † hujus rei Varii variam assignant. vid. Gotfr. ad d. l. 6. pr. lit. n. & d. l. 1. C. lit. K. Don. En. 7. c. 6. E.* Cum autem † jure novo, si pater additioni consentire nolit, filius adeundo sibi acquirat. *l. f. §. 1. C. d. bon. qua. lit.* Hinc † concludit *Don. En. d. l. hodiè consensum patris amplius non requiri, an velit obligari, nec ne, cum hereditati hodiè solus obligetur filius, non pater, qui enim invito patre potest adire, magis & ignorante poterit. l. 26. de R. I.* Et licet † hodiè consentiat, tamen nil nisi usus fructus ei acquiratur. *d. l. f. §. 3. v. pl. Don. En. d. l.* Et hæc de contractibus dixisse sufficiat.

XI. Alios † actus quod concernit, consolidatur ratif. (1)  
**SOLUTIO** † facta procuratori. *l. 71 §. 2. d. sol. aut extraneo, etiam Creditore invito. l. 12. C. eod. etiam Minori. l. 11. C. eod. Eodem modo & (2) EXACTIO DEBITI † sine mandato Domini facta. *l. 9. C. d. N. G. jung.**

19

20

21

22

23

24

25

26

27

1

2

3

3 *Gjung. Don. En. 16. c. 10. S. v. l. 6. §. 9. 23. d. N. G. (3) DONATIO: † quam-*  
*vis enim conjux conjugi stante Matrimonio. l. 25. C. d. don. int. vir.*  
 etiam J. Sax. Landr. l. 1. art. 31. §. darunib mag. fetu Weib. Schneid. ad  
 §. alie 2. n. 57. l. d. don. Pater filiof. & è. contra. l. 17. l. 11. d. don. Miles si-  
 ve togata, sive armata Militiæ Focariæ seu Concubinæ suæ l. 2. C. d.  
 4 *don. int. vir. lege propriè donare prohibeantur. Attamen † si facta*  
 sit inter ejusmodi personas donatio, ratificatur postmodum per  
 5 silentium, aut mortem donatricis. d. l. 25. C. Modò † non sint ul-  
 tra quantitatem legitimam, aut eam excedentes, actis sint inti-  
 mata, quæ tamen insinuatio quoq; cessat, si specialiter per supre-  
 mam voluntatem à donatore firmata fuerint, juxta modum ta-  
 6 men præscriptum in d. l. 25. Sic Maritus, † Gerada, quæ ipsi ex sta-  
 tuto locali, (quale Lipsiæ, Dresd. Witteb. & aliis in locis vigere,  
 constat, ubi defuncta uxore Maritus, ceu heres Mobilis etiam  
 in Gerada, solâ Niffelgeradâ proximæ cognatæ relictâ, succedit,  
 prout etiam in Patria mea charissima idem obtinere, verba sta-  
 tutorum ab Administratore ejus temporis pientissimo Ernesto,  
 confirmatorum, tit. von der Gerade / 10. ibi: ist dar aber keine  
 Tochter / so soll der Mann der toden Frawen nechsten gespinnen ge-  
 ben / der toden Frawen beste paar Kleider / und ein Bette / nechst  
 dem besten Bette / daß sie gelassen hat / mit 2. Küssen / und paar Lei-  
 lachen / und eine Decke / was da mehr Gereths / und Eigenthumbs  
 ist / daß soll der Mann behalten 10. manifestum reddunt) de ferri  
 7 contigit, in alia † enim gerada secus est, *Magnif. Dn. Carpz. dis. d.*  
*don. Ger. c. 2. 1b. 19.* donationem ab uxore factam, bene ratif. con-  
 8 validare potest. Alias † enim, si nec in ipso donationis actu, nec  
 ex intervallo consenserit, ipsi nequaquam præjudicatur, quomi-  
 nus defunctâ uxore capiat, ac repetat eam. *Magnif. Dn. Carpz. d. l.*  
 9 *1b. 20. n. 72. §. 73.* Porro † firmatur ratif. donatio facta Judici durâ-  
 10 te Administratione. l. 1. §. 1. C. d. *contr. Jud.* Aliud † tamen statuen-  
 dū in donatione Rectori Provinciæ facta, ea enim nec lapsu quin-  
 11 quennii firmatur. d. l. 1. §. 2. *ibi. nec ratū sit.* Sed quid (4) de † MATRI-  
 MONIO dicendum? Aut pater nuptias liberorum in potestate sua  
 constitutorū ratas habere vult, aut non vult. Pr. casū aff. ita quidē  
 12 † ut non saltem tempore interpositæ ratihabitionis, sed statim ab  
 initio, justæ nuptiæ & liberi qui ex illis ante ratif. patris nati sunt,  
 simi-

Similiter justī ac legitimi esse censeantur. Et hoc (1.) ob † naturam 13  
 ratif. quæ semper retrotrahitur. *c. 10. de R. I. in 6. l. f. C. Ad Maced.*  
 etiam jure antiquo. *jung. infr. ib. 16. n. 18.* jam à regula ista nuspi-  
 am reperitur exceptum Matrimonium. E. (2) quilibet † favori pro 14  
 se introducto renunciandi licentiam habet. *l. 51. C. de Episc. & Cler.*  
 quis igitur prohibebit patri volenti juri suo, vi patriæ potestatis  
 competenti, renunciare: accedit (3) quod † mitior sit sententia, 15  
 (quæ semper amplectenda. *c. 15. d. R. I. in 6.*) si nuptias accedente  
 patris consensu statim justas pronunciemus, quàm si liberos an-  
 tea natos injustos ac illegitimos esse statuamus. Posteriori verò  
 casu Neg. neq; † enim cogi debet pater conjunctionem eam, quæ 16  
 est contra leges, rati habitatione & consensu subsequenti confirma-  
 re, v. *Wesemb. in pr. de Nupt. n. 8. ibiq; Heig. n. 26. & Pac. in. vot.*  
*Bronck. c. 3. ass. 4 M. Lyclam. à Niebolt. lib. 7. membr. Eccl. 7. Monner.*  
*tr. de Matrim. p. 3. c. 9. seq. Schneidew. ad. t. d. Nupt. p. 2. n. 3. requis. 4.*  
*Diss † Vult. ad d. pr. I. n. 21. Beuß. de Matrim. c. 46. Hen. diss. 2. ib. 7. e-* 17  
*jus q; affecta ab ipso cit. Hill. ad Don. 13. c. 70. L. cum cit. & novissimè*  
*Dn. D. Riemer. p. m. d. 2. q. 4. in med. cum alleg. Nobil. Dn. Ludw. d. 2.*  
*ib. 5. D. quorum argumentis jam dum satisfecit Magnif. Dn. D. Unge-*  
*paur. Ex. 3. q. 7. in Ajo quæ vide* (5) convalidatur ratif. Domini Feu-  
 di † ab initio absq; consensu ejus alienatio, v. *Myns. 4. Obs. 87.* 18  
 sc. quoad præjudicium suum, nequaquam tamen agnatis, aliisve  
 nocere potest, præsertim injure quæsito & jam aperto. *Rosentb. c. 7.*  
*concl. 4. n. 5. seqq.* Et † quamvis nonnulli probabiliter sentiant, si 19  
 alienatione facta Vasallus moriatur, & Dominus alienationem  
 factam nondum ratam habuerit, quod ratâ habere nequeat. *vid.*  
*ait. à Dn. Vultej. 1. de Feud. c. 10. n. 65. in fin.* Verius † tamè existimarunt 20  
 esse alii, non minus mortuo atq; vivo Vasallo alienante à Domi-  
 no alienationem factam ratam haberi posse, ut plurib. compro-  
 bat. *Rosentb. c. 9. concl. 30. & cum eo Dn. Vult. d. l.* Sic & † Dominus, 21  
 qui fortè supremus princeps, ratif. sua efficere potest, ut ordinatio  
 Vasalli de feudo, quoad suum, minimè agnatorum præjudicium  
 valeat. v. *latè Rosentb. c. 7. concl. 4. n. 1. c. 2.* similiter alteratio † Feu- 22  
 di Paterni absq; consensu agnatorum facta, ratif. agnatorum valida-  
 tur. *2. F. 39. v. 1. v. Myns. d. c. 4. obs. 83.* (5) DOTALITII † per agnatos 23  
 constitutio, ut latè probat *D. Jacob. Alemann. tr. de simult. invest.*  
C
quast.

24 *quæst. princ. 3. in f. p. 158* (6) LOCUS † RELIGIOSUS, sive enim ab-  
nitio Dominus consentiat ut in locum suum mortuus inferatur,  
f. posteaquam illatus est, demum ratificet, & factum approbet, ni-  
hilominus locus religiosus efficitur. §. 7. *J. d. R. D. ibiq. Vult. n. 2.*  
25 (7) De ratific. † PACIS plura refert *Masc. vol. 3. con. 1157. n. 6. & seq.*  
*& n. 104. seq.* ubi inter alia tradit, non semper opus esse ratif. for-  
mali, ita quod pax intimetur, & cōprehensio in illa notificetur sed  
26 præsumitur ejus ratif. si in ea cōprehensio sciverint, nec contradi-  
xerint. (8) ratificari potest à PP. Imp. † CAPITULATIO, quæ ab eo  
pro confirmatione ejus exigitur, ut patet ex exemplo Car. V. cujus  
nomine legatos præstitisse ex *S. bleid.* refert *Reink. l. 1. cl. 3. c. 9. n. 3.*  
27 (9) de ratif. † PROCESSUS An & quatenus. nim. Princeps ex plenitudine  
potestatis nullum vel injustum ratificare possit. v. ap. *Reink. l. 1. cl.*  
28 *3. c. 12. n. 36. & Myns. 4. obs. 52. & 63.* (10) An & quatenus † AP-  
PELLATIONIS interpositio. ap. *Magnif. Dn. Carpz. l. 3. tit. 12. Resp.*  
*109. num. 20. seq.* nostri enim hic non est instituti latius hac de re a-  
gere.

I XII. Quod autem † NULLUM est, nec suam habuit  
essentiam, ratif. convalidari nequit. *Moll. 1. Sem. 18. num. 5. Dec.*  
2 *ad d. l. 60. de R. J. n. 16. Masc. conc. 1255. n. 58.* Aliud † tamen est, in  
ratif. quæ legis expressa voluntate inducitur *Heig. p. 2. q. 161.* quo  
casu lex ipsa per cursum temporis supplet defectum solennitatis  
3 & formæ. *Magnif. Dn. Carpz. l. 5. t. 8. Resp. 76. n. 21.* Et sic † h. m. rati-  
ficatur non tantum inutiliter gestum *l. 4. C. de reb. al. nonal.* Sed  
etiam quod ipso jure nullum est, e. g. alienatio rerum pupillari-  
um absq; Magistratus Decreto facta. *l. 1. & t. t. C. si maj. aliena absq;*  
4 *decr. v. th. 7. num. 2.* Etiam si ab initio nullum quid fuerit. *l. 3.*  
*C. d. R. V. jung. infr. th. 16. num. 29.*

I XIII. Hactenus Civilia: Circa † DELICTA & criminalia  
quoq; occupatam esse ratific. elucescit inter alia *ex. l. 1. §. 14. l. 3. §.*  
2 *10. de vi arm. l. 152 §. 2. d. R. J.* An † autem quis criminali iudicio ex  
rati hab. perpetrati delicti, teneatur, non secus ac si ipse mandasset,  
3 quæritur? *Dist. Dd. com. Aut. † enim fuit delictū commissū nomi-*  
*ne alicujus, & is postea sentiens suo nomine gestum ratum habet,*  
4 *tanquam suo nomine gestum & tenetur ac si mandasset: Aut*  
non

† non ita ratum habet, ut factum nomine suo : licet aliàs eo facto  
gaudeat, fortè quia cum læso aut interfecto inimicitia ei fuerint,  
& non tenetur : nisi quippiam ex delicto ad eum pervenerit. Nam  
† ut quis in criminalibus ex rati hab. teneatur, duo requiruntur.  
(1) ut sit gestum nomine ejus. (2) ut etiam ratificatum ab ipso  
scienter, quod indubio præsumitur *Rosentb. c. 10. conc. 29. num. 26.*  
*seq.* ac si gestum nomine suo : Nec † enim sufficit quod simpliciter  
ratum habuerit tanquam sic gestum, potest namque factum ra-  
tum habere, non tamen qualitatem ejus *v. casum l. 6. C. arb. iur.*  
Et sic forma ratificationis hîc omnino observanda venit. *v. Deci-*  
*an. lib. 9. c. 39. n. 23. Farin. lib. 1. de indic. qv. 24. n. 145. Add. Job. Em. à*  
*Rosbach. de compar. J. Civ. & Can. l. 3. p. 2. t. 25. comp. 3. num. 11. seq.*  
Quamvis † J. Can. & in foro pœnitentia, ut loquuntur, quis te-  
neatur, etiamsi ipsius nomine gestum non sit, dum modo ad eum  
quicquam pervenerit, docente *Ritterbus. diff. J. Civ. & Can. l. 6. c. 1.*  
*diff. 2. & all. Rosbach. d. l. n. 14.* Deinde non obligatur † quis ex rati-  
hab. delicti, in iis delictis, quæ per alium expediri nequeunt, ut in  
adulterio, stupro, &c. quia fictio non potest esse, ubi nequit esse  
veritas. *Rosentb. d. l.*

XIV. FORMAM quod concernit fieri dicitur Ratific. præ-  
teritorum gestorum (I) PER ACTUM † approbationem significan-  
tem & inducentem expressum consensum, intra tempus à quo in-  
cipit actus, & tempus ad quod extenditur. *l. 5. de rati h.* Ut † si do-  
minus in ipsa lite, actus litis expedisset, aut procuratori agenti  
se adjungit, actum ejus ratificare intelligitur *d. l. 5.* Lim. (II) fit per  
TACITUM † CONSENSUM ob præsumptam scientiam & patientiam.  
*d. l. 5. l. ult. C. de tempr. in integr. rest. l. 6. §. 2. l. 18. l. 53. Mand. l. 2.*  
*d. A. P. l. 60. de R. J. Masc. concl. 1293. & concl. 1153.* (III) fit FACTO,  
† quod voluntatem & approbationem facientis tacitè arguit. *d. l.*  
*5. l. pen. d. L. Commiss.* e. g. si † eam litem, quã procurator inchoasset,  
Dominus persequeretur *d. l. 5.* aut † universitas expensas factas in  
lite per Syndicum haut legitimè constitutum solverit, gesta ejus  
consentur ratificata. Animus † enim talis præsumitur, qualem vel  
*verbal. 7. §. 2. de sup. leg. l. 21. §. 3. de ann. leg.* vel facta ipsa *d. l. 5.*  
C 2 decla-

4

5

6

7

8

Forma.

1

2

4

5

6

7

8

- 9 declarant. *Men. l. 6. pras. 35.* multò † enim amplius est facere quàm pronunciare. *l. 48. §. 3. d. Æd. Ed. & plus factio quàm verbis mens alicujus declaratur. c. dilecti. l. 1. §. 2. d. Appel. §. 15. de R. D. Men. 20. pras. 39. n. 5. seq.* ut puta, quod plus habeant ponderis. *Magn. Dn. Carpz. l. 5. t. 8. Rz. 76. n. 18. 17. §. 16. ibiq; cit.* Sic † ex perceptione fructuum, ex petitione pretii rei alienatæ, ex receptione census, actione ex contractu, ex actione rationis administrationis, & aliis similibus, ratif. inducitur, ut pluribus probat. *Dec. ad d. 60. de R. J. n. 8. §. 9.* Simili † modo ex petitione seu retentione bonorū in testamento sibi relictorum, testamentum ratificatur.
- 12 Eodem modo ex † Appellatione à sententia cum falso procuratore lata, videntur gesta ejus ratificata, adeo ut juxta *Masc. d. concl. 1255. n. 47.* quoad processum quoque valeat. Ita & ex † productione gestorum in judicio ad sui commodum ratificatio Instrumentorum suorum præsumitur. *Men. de pras. 38. n. 8.* Dicta † tamen quod nim, ex facto ratif. inducatur, dum demum verum judicat. *Masc. d. l. n. 51. (1)* si ex facto necessario inferatur ratif. si factum, hujusmodi sit, quod fieri nequeat, nisi actus præcedens ratificetur.
- 15 Cum † igitur factum illud ratific. non arguit, sed aliam ob causam gestum præsumi potest, ratif. non inducitur, sed interpretatio fit, prout gerenti est utilius. *Masc. d. li. Hinc † rationes transmissas apud se retinens, non videtur eas propterea approbasse Heig. p. 1. q. 20. n. 40. (2)* Lim. in † Minore, qui Major factus, fecit aliquid, quod necessario ab actu, in Minori ætate factio, pendeat. Prout † testatur hoc ipsum casus. *l. 3. §. 2. de Min. in quo factum approbatorium subsécutum, & tamen non præsumitur ratif. quia Major h. l. non perseveravit in administratione voluntate suâ, sed necessitate hereditatis susceptæ, ne quid interim, dum de restitutione deliberat, culpa ejus depercat. per l. 56. de R. J. v. Don. En. 21. c. 12. aa.* Add. paulò aliter. *Masc. d. li. n. 52. 55. §. seq. & aliam ratione d. l. 3. §. 2. ap. Magnif. Dn. Carpz. l. 5. t. 8. Resp. 77. n. 11. §. 20.* Aliud † tamen dicendum foret, si forte minor potuisset effugere actum, ut puta, si haberet exceptionem sibi, non quidem ex sententia judicis, sed ipso jure competentem. *Sfort. Odd. tr. de Restit. in integr. p. 1. q. 25.* Hic † tamen ulterius quoq; notandum, non nocere Minori ratific. quâ in Majori ætate actu aliquo ignoranter.

con-

confirmavit factum dolo adversarii celebratum *l. 1. C. f. maj. f. nr.*  
*b. l. 3. §. 1. de Min.* Aut ¶ actus esset omnino nullus, & deficeret ali- 21  
quà solennitas substantialis, propter quam actus omnino nullus 22  
redderetur; nisi ¶ faciens simul sciat, ipsum actum nullum esse, 23  
tunc enim omninò comprobare videtur: quia ¶ scienti nulla fit  
injuria *l. 145. de R. J.* nullusque dolus ei inferitur *l. 34. C. d. Trans-*  
*act. adeò ut nec de dolo conqueri valeat. l. 1. inf. de Act. Emt. l. 41.*  
*eod. Masc. d. l. n. 58.* (3) ex facto ita demum inducitur ratif. si ¶ fa- 24  
ctum non ignoranter, aut aliam ob causam intervenerit, ad igno-  
ta enim ratific. minime trahitur *Masc. d. l. n. 66. & 67. add. ib. 9.*  
Sicut ¶ autem ex facto ita è contrario (4) ex non facto haud in- 25  
ducitur ratificatio, ut puta ¶ si sententiæ paretur non faciendo a- 26  
liquid, puta non accedendo ad fundum, non turbando in posses-  
sione & similib, silentium ¶ enim solum haud inducit ratific. sed 27  
insuper requiritur scientia, & longi temporis spacium: Quamvis  
¶ fortè aliud dicendum foret, si ultra non factum & taciturnita- 28  
tem, intervenerit factum aliquod positivum, e.g. si scripturam scè-  
pè præ manibus habeam, & nunquam contradicam, ubi ultra ta-  
citurritatem intervenit tractatio Scripturæ *v. l. 19. de Aqu. plu. v.*  
*Masc. d. l. n. 59. seq. (IV) fieri potest Ratificatio, non tantum ¶ VER-* 29  
*BIS. d. l. 5. de ratib. Masc. concl. 1152. n. 116.* quibus prolatis declara-  
tur, qualis sit animus. *Menoch. l. 6. pres. 35. n. 13.* & quæ juxta *Bld.*  
mentis nostræ evidentissimum sunt testimonium. Sed & (V) LITE- 30  
ris. ¶ *l. 65. de Procur.* Hinc ¶ & absente parte fieri potest, & ab- 31  
senti quoq; prodest, quia actus approbationis dependet à sola vo-  
luntate approbantis *Dec. add. l. 60. de R. J. n. 60.* Unde ¶ nec indu- 32  
bio præsentiam ejus præsumi tradit *Menoch. l. 2. pres. 48. n. 9. &*  
*10.* Imo etiam (VI) SILENTIO: ¶ exemplum habemus in casu *l. 16. ad*  
*Maced* ubi Filius Mutuo accepto, literas emisit ad Patrè, mentitus  
in iis de Mandato, pater autem non contradixit, præsumitur pa-  
ter tacitè ratificasse contractum mutui, non quod literas legerit,  
ut Brt. putat, sed quia mendacio favens filii in necem creditoris,  
in dolo est *v. Don Enucl. 12. c. 27. D.* (VII.) Fieri potest non solum ¶ 34  
in TOTUM ut maxime fieri solet, sed etiam ¶ PRO PARTE *l. 17. & l. 18.* 35  
*de ratib.* etiam pendente judicio. *Dec. d. l.*

XV.. FINIS est, ut voluntatem nostram declaremus, & ne-

C 3

goti-

gotium, quod aliàs ad nos non pertineret nostrum faciamus *l.*  
*6 §. 10. l. 9. de N. G.*

**Effectus**

VI. EFFECTUS ratif. varii sunt, quorum (I) quod illud quod  
1 † semel ratificatum est, reprobari amplius nequeat. *l. 13. §. 10. de*  
2 *adult. l. 2. C. si in fraud. patron.* Cum † & voluntatis correctio aut  
mutatio regulariter haud præsumatur, sed potius credatur eum,  
qui semel unius fuit sententiæ, in ea adhuc persistere. *l. 32. §. 4. de*  
3 *don. interv. l. 22. inf. de Leg. 2. l. 11. §. 12. de Leg. 3. l. 3. d. probat.*  
4 *l. 22. de prob.* Mutare enim est accidens, quod non præsumitur.  
*Masc. concl. 1416. n. 1.* Etsi longum tempus lapsum sit. *l. 27. C. de Test.*  
5 *Masc. d. l. n. 28.* Fallit † tamen si aliquis contrarius actus, ex quo ra-  
6 tif. præsumi potest, adversus illam jam expressam voluntatem ge-  
7 stus est, aut ex aliquibus verbis voluntatis mutatio colligi pot-  
8 est; *l. 12. de Her. inst. Masc. d. l. n. 48. v. omnino Menoch. 6. præf. 37.*  
9 II. Ratificatio præteritorum gestorum in omnibus † tam facti;  
10 quam juris quæstionibus *Heig. l. 1. q. 22. n. 61.* etiamsi † speciale re-  
11 quirant mandatum *Moll. 1. sem. 18. inf. Dec. ad d. l. 60. n. 7. add. Hill.*  
12 *ad Don. 12. c. 27. C. cum all. Mandato † æquiparatur l. 12. §. 4. de solut.*  
13 *l. f. C. ad Mac. c. ratihab. 12. de R. J. in 6. Magnif. Dn. Carpz. l. 5. t. 8.*  
14 *Resp. 76. n. 19. § p. 1. c. 19. d. 6. n. 2.* Cum † tantum operetur ratif.  
15 subsequens, quantum mandatum præcedens *Mysf. 1. 0. 44.* Imò † fi-  
ctione juris consensu retrotracto, inducit ipsum mandatum, quo-  
ad firmitatem actus gesti ratam habentis obligationem. *l. 56. de*  
*jud. d. l. f. C. l. 60. de R. J. Nob. Dn. D. Struv. Ex. 18. th. 4.* De quo  
† tamen & diu olim inter Sabinianos & Cassianos, Proculianis dis-  
sentientibus, fuit disputatum, ut patet ex *l. 1. §. 14. de vi arm.* Dixi  
† fictione juris, nam in rei veritate longe aliud est mandatum, ali-  
ud ratif. juxta *Bre. in l. is qui proemptore. c. 4. de usuc. referente Dec.*  
*ad d. l. 60. n. 18. Add. Exc. Dn. Præf. § c. in præf. priv. add. l. 60. §. 2. d. R.*  
*J. § f. th. 4.* Subsistit † autē ista æquiparatio etiā ratione delicti ab  
alio commissi. *l. 1. §. 14. l. 3. § 10. d. vi arm. l. 252. 2. de R. J.* Aut quasi de-  
licti *l. 16. §. 1. de pign. § hyp.* Etiam quoad † appellationem *Magnif.*  
*Dn. Carpz. l. 3. t. 12. Bz. 105. n. 20. & † leutationē. Magnif. D. Carpz. p.*  
*1. c. 19. de f. 6. n. 1* justo tempore interpositam. III. Attribuitur † per  
eam actus ratificanti. *l. 6. §. 9. § 10. de R. C. add. l. 13. de precar.*  
quate-



quatenus sc. † negotii qualitas ratione temporis id patitur *arg. l. 24* 16  
*de ratib. l. f. ff. quis ord.* Aut nisi † donandi animo quis pro alio in- 17  
 tervenerit. *d. l. 6. § 2. Mand. l. 4. N. G. (IV.)* Retrotrahitur † & redu- 18  
 citur per ratif. voluntatis, & conventionis. *d. l. 16. §. 1. de pign.*  
 nostræ declaratio, retrò ad tempus & initium actus celebrati. *l. 25.*  
*inf. C. de don. inr. vir. l. 7. C. ad. Mac. l. 71. de sol. l. 6. §. 9. de N. G.*  
*Magnif. Dn. Carpz. d. c. 19. n. 6. Dn. Renneman. Jurispr. Rom. Germ.*  
*d. 14. tb. 24.* Quamvis † quidem olim non omnis ratif. sed ea tan- 19  
 tum, quæ ad jus pertinebat, non quæ ad factum, retrotraheba-  
 tur, *Giph. com. d. R. 7. l. 1. c. 12. p. 131.* tamen † in *d. l. f.* tollitur ve- 20  
 tus ista differentia, & constituitur ut omnis omninò ratif. retro-  
 trahatur. Fallit † verò incasus, *l. 4. §. 6. de off. procoss. & leg. & in casu* 21  
*l. 13. de bis quæ not. inf.* Requiritur † tamen ad hoc, ut retrotraha- 22  
 tur ratif. (1) ut fiat intra tempus, intra quod actus, qui debet rati-  
 ficari, fieri potuisset. *l. 24. de ratib. l. 5. f. pr. quis ord. in B. p. l. 1. pr.*  
*de Appel. recip.* ubi † ratif. appellationis debet fieri intra tempus ad 23  
 appellandum datum, nim. intra decendum à tempore publica-  
 tionis, re adhuc integrâ, & antequam sententia transierit in rem  
 Judicatam, cæteroquin sera & inutilis plane erit. *Magnif. Dn.*  
*Carpz. l. 3. t. 12. R. 109. n. 21.* Idem † etiam de Leuteratione absque 24  
 mandato à Procuratore interposita, (quæ † alias non valet *Ma-*  
*gnif. Dn. Carpz. p. 1. c. 19. def. 3.* nisi principalis Dominus rati habue- 25  
 rit *d. c. 19. df. 6. n. 1.*) dicendum erit, nisi pro sera ac inutili haberi  
 velit *d. df. 6. n. 3.* Hinc † venit, quod, si Procurator, nomine con- 26  
 sanguinei venditoris, cui jus retractus competit, pretium emto-  
 ri, ut benè facere potest *l. 1. §. 2. de procur.* offert, absque tamen  
 speciali mādato, quod habere debebat, petens eo nomine se ad re-  
 tractum recipi, non satis sit, quod consanguineus retractum ab il-  
 lo Procuratore institutū ratificet, sed ratificare simul debet intra,  
 non post annum intra quem res retrahi poterat, alias post annum  
 non audietur. Hinc † quoque recognitionem Feudi per alium suo 27  
 nomine sine Mandato factam, intra tempus anni, die; vel mensis,  
 ratificans à caducitate excusatur. Secus post illud tempus legiti-  
 mum *Rosent. c. 6. concl. 67. n. 3.* quo casu † tamen scientia Vasalli 28  
 saltem sine contradictione ad ratif. inducendam sufficit *Rosent. d.*  
*l. n. 5.* hætenus autem de † tempore congruo observando dicta, 29  
 intel-

intelligenda sunt (1.) quoad favorem ratificantis respicien-  
tem, non de ea, quæ tendit in odiū & præjudicium ratif. (2) quan-  
do actus non potuit fieri propter dispositionem legis: Secus au-  
tem si factus hominis actus fieri nequeat, quia tunc ratif. non im-  
peditur *l. 58. §. 2. de solut.* (3) quoad ratif. non vero quoad decla-  
rationem, quæ simpliciter fieri potest *vid. pl. Dec. d. l. n. 13.* (2) Re-  
30 quiritur ut non agatur de præjudicio tertii, & res † ad huc sit in-  
31 tegra, ratif. enim † ita fieri nequit, ut in alterius præjudicium re-  
trò trahatur, ne sc. in alicujus potestate sit, tertii jus lædere, quod  
nunquam ferendum, *Dec. d. l. n. 15. Magnif. Dn. Carpz. l. 3. t. 12. 24.*  
32 *109. n. 27. §. p. 1. c. 19. Def. 16. n. 6. §. 7.* (3) Requiritur ut actus † qui  
debit ratif. validus sit, secus si planè tam de facto, quam de jure,  
nulliter fuisset factus, tunc enim non potest ratificari ita, ut actus  
confirmetur à tempore quo nulliter factus fuisset, quia non entis  
33 nulla sunt accidentia, Potest † tamen benè ratif. ita, ut nunc ex  
34 tempore ratif. valeat. *Dec. d. Ln. 16.* Ea verò † quæ de jure tantum,  
non etiam simul de facto nulla sunt, benè per ratif. possunt con-  
firmari retrò, ut patet *ex d. l. 25. C. d. don. inter. vir. d. l. 1. §. 14. l. 3. §.*  
*10. de vi arm. l. 152. d. R. J. vid. Magnif. Dn. D. Ungepaur. d. Ex. 3. q. 7.*  
35 *in A. inf. ibiq. cit. jung. ib. 12.* (4) Procedit † quoad fictionem, non  
36 veritatem, *Excell. Dn. Prasfes ad. d. l. 60. §. 2. d. R. J.* quæ tamen † fi-  
ctio in casu ficto idem operatur, quantum veritas in casu vero *l.*  
37 *un. C. Derei ux. act.* Minimè † tamen fictionis vis tanta est, ut aut  
amplior & pinguior sit natura ratif. quam erat sine fictione. *d. l.*  
38 *bonor. l. si pup. 6. §. 6. vers. idemq. d. N. G.* (V) Effectus consistit † in  
actionibus, quas pro diverso respectu diversas producit, & (1) qui-  
dem Actionem † MANDATI *l. 60. §. 2. de R. J. ubi Jctus dicit. Siquis*  
40 *meum habuerit quod gestum est, obstringitur Mandati actione.* Cui †  
tamen Jcti effato è diametro quasi videntur Obst. text. quam plu-  
rimi, imprimis *v. l. 6. §. 9. ff. l. 9. C. d. N. G. l. 3. inf. C. de Contr. stip. §.*  
41 *similes,* in quibus expressis quoq; verbis † N. G. actionem ex ratif.  
42 dari, dicitur. Quorum † in conciliatione multi gravissimi viri se  
43 mirum in modum torquent; vulgo † dicunt N. G. actionem dari,  
quando Dominus non scit geri, & ratif. sequitur; Mandati verò  
44 quando geri scit, nec contradicit. *l. 6. §. 2. Mand. Cui † conciliatio-*  
ni ferè etiam accedit vetus Glossator Johannes, eumq; secutus  
Fulgo-

Fulgosius, & cum his *Giph. ad. d. l. 60. d. R. 7.* Quando Actionem,  
 Mandati inter presentes l. 6. C. Mand N v. G. inter absentes dari  
 asserunt, quod inter presentes facile Mandatum fingi possit, inter  
 absentes non æq; : Quod tamen displicet *Cuj. ad. d. l. 60.* pu- 45  
 tanti utramq; actionem concurrere, quia Ratif. vis duplex, ut a-  
 lienum negotium meum faciat, & ut vim Mandati habeat. cui t 46  
 etiam subscripsisse videtur *Magnif Dn. D. Richter tr. eleg. de con-*  
*tract. d. 13. l. 2. lit. F. in fin. p. 38.* Nec t placuit *Ant. Fabr. ad. d. l. 6. § 9.* 47  
 qui ideo in d. l. 6. § 9. actionem Mandati non dari scribit, quod  
 rati. comparatur mandato, quoties negotium gestum ejus qui  
 ratum habet: Ibi autem alterius negotium licet ejus contempla-  
 tione gestum esse, ubi necesse est, prius faciat negotium suum, qui  
 ratum habet, quam ut mandati vis rati. tribuatur, cui ferè ac-  
 cedit *P. Fab. ad. d. l. 60. Pac t verò 2. q. 53* Utramq; ferè conjungit &. 48  
 ita, ut si negotium gestum ejus qui ratum habet, illius nomine sit,  
 & Mand. & N. Gesta actio detur. cui t haud obscure consentit *Sich.* 49  
*in d. l. 9. C. n. 6.* & cum iis *Phil. Matthe. ad. d. l. 60. n. 11. seq. v. Bach. ad.*  
*Tr. v. 1. D. 10. l. 6. Bronck. c. 2. aff. 47. Rittersh. ad. l. 23. de R. J Gregor.*  
 t *Lopez. autem animadv. c. 31. n. 2.* Statuit, Rati. habentem quidem 50  
 cujus negotia gesta sunt, teneri actione Contraria Mand. d. l. 6.  
 Non autem contra eos, qui negotia gesserunt, Dominum ob rati-  
 hab. suam, actione Mandati directa experiri, sed *N. G. d. l. 6. § 9.*  
*ff. l. 9. C. N. G.* Plus t enim aliquando esse potest in actione Mand. 51  
 maximè t si ponatur, ut quidam volunt, v. *Magnif. Dn. D. Ungep.* 52  
*Ex 12. q. 8. in Ajo p. 583. m. C cum eo Excell. Dn. Praeses in not.*  
*ad Suth. Diss. 15. aph. 74.* in N. G. actionem non venire damnum le-  
 vissima Negligentia datum: quod t venit in actionem Mandati. 53  
*l. 13. l. 21. Mand. Nob. Dn. Ludw. d. 14. l. 4. B. Magnif. Dn. D. Ungep.*  
*d. 9. 8. in pr. cum cit. Excell. Dn. Praes. d. l. Aph. 70. add. Magnif. Dn.*  
*Carpz. p. 2. c. 20. df. 11. n. 6.* Nec t suo facto quis efficere potest, ut ar- 54  
 ctius obstrictum habeat Reum. Manet t igitur Rati. habentem 55  
 secutam novam mandati obligationem parere posse ei, qui nego-  
 tia gessit: non verò ipsi ratum habenti, ne suo facto alium nolen-  
 tem obliget. Quam t *Lopezii* conciliationem etiam approbant 56.  
*Hill. ad Don. 15. c. 15. C. G novissimè Dn. Riemerus 11. q. 6.* Inducit t 57  
 porrò actionem quod jussu, qui enim ratum habet quod filius vel  
 servus ejus gessit jubere intelligitur, ita ut actione quod jussu te-  
 D nea-

58 neatur l. 1. §. 6. quod iussimò † ipsum tacitum iussum inducit. l. 25.  
 59 §. 7. A. H. Et † actionem de in rem verso l. 5 §. 1. §. 2. de in rem ver-  
 60 so. Facit † quoq; ut ratificans teneatur interdicto Unde vi. l. 1. §. 1.  
 61 de vi arm. Extinguit † etiam exceptionem SCti Macedoniani d. l.  
 62 f. C. ad Maced. add. Zang p. 3. c. 12. n. 33. seqq. (VI) Confirmat † ju-  
 63 dicialium per falsum Procuratorem l. 65. de proc. in fin. puta † qui aut  
 64 nullum habuit mandatum, aut habet quidem, sed insufficientem, aut  
 65 ad causam impertinens. Gail. 1. o. 47. n. 1. & quidem † pendente  
 66 Judicio. d. l. 65. l. 71. §. 3. d. sol. An † autem etiam post latam senten-  
 67 tiam, inter Dd. nō convenit, Alii † Dist. utrum ratif. intra decendi-  
 68 um, an verò post illud. facta sit, primo casu eam valere posteriori  
 vero, nullam esse, dicunt. Alii † autem simpliciter Aff. ut Gail. d. l.  
 n. 4. per d. l. 65. qui testatur ita in Auditorio spirensi conclusū fuisse,  
 se, Hill. 18. c. 11. G. Scot. d. 17. th. 3. Alii † deniq; Dist. utrum sententia  
 contra Procuratorem lata sit, an verò pro Procuratore, Pr. casu  
 Aff. Post. verò Neg. per. l. 3. §. 1. d. ratib. l. 24. C. d. proc. c. 4. X eod.  
 N. O. d. l. 65. l. 16. §. 1. d. pign. Vid. Nob. Dn. D. Struv. Ex. 5. th. 22.  
 69 Myns. 1. o. 44. Diss. Resp. Fach. 8. c. 61. Fallit † tamen (1) in Mino-  
 re qui jure singulari sententiam pro se latam ratificare potest.  
 70 Gail. d. l. n. 4. (2) in gestis † per falsum Procuratorem in Audi-  
 torio principis, quod ea ratif. non convallescant. Myns. d. l. inf.  
 71 (VII.) Extinguit † quandoq; Restitutionem in Integrum, & qui-  
 72 dem (1) si † falso quid tutore gestum est, quem quis falsum esse  
 ignoravit; regulariter enim propter istum justum errorem lo-  
 73 cum habet Restit. l. 1. §. 6. qu. fals. tut. l. 2. d. Restit. si † tamen Prætor  
 fortè decrevitratum se habiturum id quod his autoribus gestum  
 est, tunc valebit per prætoris tuitionem, & sic restitutionis re-  
 medium propter istam Ratific. cessat d. l. 1. §. 5. quod fals. tut. jung.  
 74 Nob. Dn. D. Struv. Ex. 6. th. 6. (2) quamvis † Minori ob ætatis faci-  
 litatem restitutionis beneficio regulariter succurratur, t. 1. d. Min.  
 75 attamen † si Major factus, id quod in Minori ætate gessit, ratū ha-  
 buerit, propter istam ratif. eidem denegabitur Restitutio. d. 1. C. si  
 76 maj. f. ratib. Sic & (3) alius † Major, cui fortè per metum, calliditatē  
 & absentiam, aut etiam justum errorem, restitutionis remedio  
 utilissimo. l. 1. d. rest. subveniri solet. d. l. 1. l. 2. eod. quin ratif. sua  
 77 insecuta, Remedium illud exspirare faciat, dubium planè nul-  
 lum erit, cum † volens & sciens de nullo dolo aut injuria conque-

ri queat. *l. 145. de R. J. l. 34. C. d. transact. l. 1. d. act. Emt.* Imò † & 78  
 ratif. actus, antecedentem actum metu non fuisse gestum demon-  
 strat & arguat. *l. 4. C. d. his que vim. caus.* consensus enim gemi-  
 natio metus præsumtionem tollit. (IIX.) Ratif. † liberorum, se- 79  
 cundarum Nuptiarum facit cessare pœnas. *Rittersb. d. diff. J. Civ.*  
*& Can. c. 6. p. 55. Myns. 5. o. 24. n. 9. Gail. 2. o. 98.* Et † hæc de 80  
 Effectibus sufficiant.

XVII. Paucis nunc etiam † de probatione ratificationis *1 Probatio:*  
 dicendum erit: Ratif. enim, cum † sit quid facti, regulariter, 2  
 mandati † instar. *Men. l. 2. pres. 33.* cui comparatur. *v. th. 16. n. 7.* 3  
 non † præsumitur, etiam per mille annos. *Magnif. Dn. Carpz. l. 3.* 4  
*1. 1. Resp. 6. n. 2.* ita † quidem, ut & levissima quoq; causa & occa- 5  
 sio, quâ quis dici possit aliquid absq; animo ratif. egisse, ipsam  
 ratif. excludat. *Men. d. l. pres. 39. n. 1.* sed † allegans eam, non tan- 6  
 tum probare tenetur, eam factam fuisse, sed etiam ratificantem  
 habuisse notitiam eorum, qua ratificabat, cum ignorantis &  
 errantis, ob consensus defectum nulla sit ratif. *v. latè Masc. v. 3.*  
*concl. 1255. n. 1. jung. th. 9. n. 13.* Modos † autem probandi re- 7  
 censet varios. *Zang. d. Exc. p. 2. c. 8. n. 23.* quo brevitatis gratia sci-  
 re volentem remitto. Ob † temporis tamen diuturnitatem, & 8  
 quando aliquis actus, patientiam alicujus ostendens, subsequutus,  
*Men. 2. pres. 33. n. 30.* præsertim ad detrimentum ratificare debent-  
 is, subsequuta ratif. præsumitur. *Men. d. Pres. 39. n. 2. add. his que*  
*th. 14. dicta sunt.* Quæ † tamen præsumptio postmodum nihi- 9  
 lominus alleganda, cum sit præsumptio circa factum proprium,  
 seu ex facto proprio oriens, quæ semper alleganda. *Men. d. pres.*  
*33. n. 2.* quamvis † non semper requiratur expressa, sed sufficiat ta- 10  
 cita allegatio. *Men. d. l. n. 1.*

XVIII. Contrariatur Ratif. † Retractatio eorum, quæ ab *1 Contra-*  
 alio nomine nostro gesta sunt, cui consimile est † irritatio Unde *2 ris.*  
 veteres ratare dixerunt, *ut th. 1. dictum.* Et quidem † retracta- 3  
 re sumitur alias etiam pro eo quod omissum est repetere, & mu-  
 tare, item pro renovare & recognoscere, vel iterum tractare, ut  
 in *l. 1. §. 1. d. stat. defunct. l. 31. inf. d. jurej. l. 10. §. 1. ad. Turp. l. 19. d.*  
*jur. fisc. l. 4. C. d. Episc. Aud.* quæ acceptio etiam est *Cic. l. 4. d. Nat.*  
*Deor. & lib. 8. ad Att.* Hic † verò accipitur pro ratum non ha- 4  
 bere, quod ab aliquo gestum est, quæ acceptio etiam est *l. f. C. d.*  
 D 2 bon.

*bon. qualib. l. f. C. d. fid. instr. l. f. C. d. temp. app.* hinc Græci *αὐτοψήλασησιν* nominarunt, ut patet ex *Nov. 82.* ex eo, quod ex rescripto Principis causæ apud successorem Præfect. Prætorii retractabantur. *l. i. C. d. sent. pref. Prætor.* quod erat Appellationis loco remedium. *v. N. 119. c. 5.* Et hac ¶ in significatione accepta Retractatione, idem ferè, quod de Ratific. hæctenus dictum, è contrario de retract. dici posse putamus: Cum ¶ Contrariorum eadem sit ratio, & cognito uno de contrariis cognoscatur & reliquum. *v. Everb. top. loc. à contr. 19.*

1 XIX. Hic ¶ nunc decidenda sese offerret Quæst. utilissima, de sententia definitiva, An & quatenus prætextu Instrumentorum de novo repertorum, retractari possit? Verùm brevitati Laconicæ hic studentes remittimus lectorem *ad Mynf. 4. o. 60. Gotfr. ad l. 4. C. de rejud.* Et quoad ¶ testes repertos, *ad d. Mynf. d. l. 6. Dn. Berlich. p. 1. dec. 41.*

Adjacencia.

XX. Adjacent ratificationi cautio rati, Negotiorum gestio, Mandatum, Autoritas, & similia, de quibus consulantur alii alibi.

1 XXI. Cautionem autem rati, quæ etiam ¶ satisfactio de  
2 rato, *l. 22. §. 3. sol. matr.* de ¶ rato cautio *l. 23. Adm. Tut. &*  
3 ¶ stipulatio de rato habendo. *l. 2. rem. rat. b.* dicitur, quod concernit,  
4 Exigitur ¶ illa ab eo, qui alieno nomine agit, verbum enim agere hic latè accipitur & complectitur quoq; stipulationes Prætorias. *l. 20. d. ratib.* Et sic eam præstat (1.) Procurator, ¶ non quidem in genere, & semper. *l. 1. pr. ff. l. 1. C. d. proc. N. P. und G. D. t. 7. pr. vers. ungeachtet ic.* sed tum demum, quoties ¶ incertum, an ei negotium demandatum sit *l. 1. C. d. proc.* puta ¶ quando exhibet quidem mandatum, sed ex parte mutilum, aut planè imperfectum. *Don. 18. c. 13. X. P. D. d. t. 7. §. da auch etwa ic. Zang. p. 2. c. 8. num. 20. cum all. Berlich. p. 1. concl. 14. num. 5. & 7. Magnif. Dn. Carpz. p. 1. c. 1. d. 29. num. 6.* Et hoc quidem, cum ¶ sit Exceptio dilatoria. *Zang d. l. n. 20.* antè ¶ litem contestatam. *l. 40 d. proc.* Procurator ¶ tamen Actoris apud acta factus, non tenetur eam præstare, sed tantum cautionem de defendendo in causa reconventionis, quia quasi præsentis Procurator intelligitur, *l. 1. C. d. satisf. Rei autem ¶ Procurator, etiam sub testificatione gestorum factus, statim in ipso litis limine, de judicato solvendo satisfat. d. l. 1. in f. nemo quippe alienæ litis idoneus defensor absq; satisfactione intel-*

intelligitur, *l. 46. §. 2. d. proc.* Quod autem † diximus Procu- 12  
 ratores planè absque mandato comparentes in iudicio, non ad- 13  
 mitti sub cautione rati, id Fallit in † personis cognatione sangui-  
 nis sibi invicem conjunctis. *P. G. D. d. 1. 7. §. 1. vers. die Blutver-*  
*wanten 2c.* (secus † igitur erit in cognatione spiritali junctis. *Ber-* 14  
*lich. d. l. n. 40.* aut † amicis, etiam magnis & singularibus *Gail.* 15  
*1. o. 113. Berl. d. l. n. 41. jung. Hill. ad. Don. d. l.* qui in thesi Negantium,  
 in Hypothesi verò Affirmantium sententiam probabiliorem pro-  
 nunciat, variasque adhuc restrictiones variorum superaddit )  
 quæ pro litigantibus absque omni planè mandato intervenire  
 possunt, dummodo † de rato caveant. *l. 35. pr. l. 40. §. ult. d. proc.* 16  
*l. 12. C. eod. Zang. d. l. num. 38. Moll. sem. 18. num. 9. Gail. d. l. nec*  
 † sit causa in quâ speciali opus sit mandato. *Zang. d. l. Magnif.* 17  
*Dn. Carpzov. l. 3. t. 1. R. 8. num. 12.* nec † etiam ut Procuratores, 18  
 sed ut conjunctæ personæ interveniant. *Hill. 18. c. 12. H. Berlich.*  
*d. l. num. 65.* quia † ob affectionem mandatum quasi habere vi- 19  
 dentur, *Hill. d. l.* Quæ † autem hîc nomine conjunctorum veni- 20  
 re soleant, disceptari solet? Alii † enim transversales ad 10. usq; 21  
 gradum, prout in successione, intelligunt. *Rosb. proc. c. 14. n. 3.*  
 Alii alium. Alii † judicis arbitrio more regionis definiendum re- 22  
 linqvunt *v. Hill. d. l. K. Seren. † verò Saxo* in suis ditionibus  
 hanc litem diremit, dum id ad quartum usque gradum exclu-  
 sive aut tertium inclusive procedere voluit. *d. P. D. 1. 7. §. Wir-*  
*lassen aber 2c.* Ubi porrò † constituit, ut ratione affinitatis focer 24  
 pro genero, & viceversa sub hac cautione similiter admittantur.  
*d. S. wir lassen 2c. ibi: der Schweher 2c.* modo † tamen ista Affinitas 25  
 adhuc duret, nec per mortem dissoluta sit. *Berlich. d. l. num. 51.*  
 Quod † & obtinet in marito, uxoris nomine, aut sponso de præ- 26  
 senti, non etiam de futuro, pro sponsa, in iudicio comparenti-  
 bus. *d. G. D. 1. 8. §. do sie über 2c. in fin. ad. pr. Const. Elector. 15.*  
*Berlich. d. l. num. 55. seq. num. 47. §. cap. 17. num. 48. seq.* nec 27  
 † non in consortibus ejusdem litis, qui nempe litem & causam  
 communem habent, agentes simul in eodem libello, in eâ-  
 dem instantia, & coram eodem iudice. *d. 1. 7. §. wir lassen 2c.*  
*ibi: welches auch 2c. Berlich. d. l. num. 52. Magnif. Dn. Carpzov.*  
*p. 1. c. 1. d. 29. num. 5. seq.* Utrum † autem Constitutio i- 28  
 sta tantum quoad Reos, prout innuere videntur verba *d. 11. 7. §.*  
 D 3 wie

wir lassen ic: *defensorio nomine* im Gerichte handeln: an verò  
etiam quoad Actores lata, dubitationis est? *Magnif. Dn. Carp-*  
*zov. p. 3. t. 1. R. 7. num. 8.* Posterius Aff. quod verbum defen-  
sionis generale sit, etiam personæ Actoris conveniens. *l. 33. §.*  
29 *3. d. proc. l. 34. l. 35. eod.* quod † ita in Praxi servari, testatur,  
*Zang. d. l. num. 38.* ubi formulam: das Kläger ic. oder zu  
30 *ro zu caviren schuldig ic. tradit, & Magnif. Dn. Carpzov. d. l. n. 12.*  
(2.) Eam cautionem præstat † Actor à Tutore datus. *l. 9. d. ratib.*  
si sc. absque Tutorio vel Curatorio comparet, Etiam si actorium  
vel Mandatum habeat. *v. Magnif. Dn. Carpz l. 3. t. 1. R. 8. num. 11.*  
31 *Berl. d. l. num. 58.* (3.) defensor † tutoris suspecti postulati. *l. 6.*  
32 *eod.* (4.) solvens legatum Procuratori sine iudice. *l. 13. §. 1. h. e.*  
(5.) possessionem absentis recuperare volens absq; mandato *l. 1.*  
33 *C. si pervim. vel al. m.* Non † tamen præstare eam tenentur Qui  
ex legum concessione administrationem cum libera obtinent  
34 ut † tutores, aut Curatores, utpote qui Dominorum loco  
35 sunt. *l. 7. §. 3. pro Emi. & hoc quidem † sive pupilli nomine agant.*  
36 *l. 13. C. d. adm. Tut. l. 24. ff. eod.* sive † nomina & debita pupil-  
37 laria vel etiam deposita exigant. *d. l. 13. C. sive † quoque defensio-*  
38 *nem pupilli promittant. l. f. §. 3. eod.* Si tamen † dubitatur, an  
tutor sit, vel an duret, disceptari solet, utrum tunc de rato, an de  
indemnitate cavere debeat? & putat Brt. necessarium habens  
mandatum, ut Tutor, Curator, sub hac conditione adversarium  
indemnem fore: voluntarium verò habens, ut procurator, de ra-  
39 to cavere debeat. *v. Gotfr. ad d. l. 24. lit. m.* Cautio † autem hæc  
40 non tantum promitti, sed etiam realiter † fide jussoribus, vel, ut  
41 hodiè fieri solet *Berlich. d. l. num. 67.* † pignoribus, sub obligatio-  
ne sc. expressa bonorum immobilium judiciali, consensu & au-  
42 toritate Magistratus ejus, cui subjectæ sunt, vel † etiam deposi-  
43 tione pecuniæ, non † juratoriè, præstari debet. *Zang. d. l. num. 39.*  
44 *Wesemb. t. qui satisd cog. n. 7. Magnif. Dn. Carpz d. l. n. 14.* si † ta-  
men cavens in Electoratu Sax. est possessionatus, ad ulteriorem  
cautionem non compellitur. *p. 1. const. El. 5. v. und dergleichen ic. Zäg°*  
45 *d. l. n. 47. Berl. d. c. 14. n. 64. Magn. Dn. Carpz d. l. n. 15.* quavis aliter in  
Curia Prov. Lips. observetur *d. n. 15.* Necesse † tamen adhuc est, ut  
cautio rati judicialiter sub obligatione bonorum oretenus ab  
ipsomet cavente, aut ejus procuratore, ad hoc, de hod: fori ob-  
servant.



fervant. (de quâ *Magnif. Dn. Carpz. d. l. 1. R. n. n. 20* testatur,) † 46  
speciale Mandatum habente, promittatur, & per Notarium Ju-  
dicii ad Acta registretur, non enim sufficit in scriptura saltem eam  
promitti, & ad acta redigi, *Berl. d. l. n. 69. Magnif. Dn. Carpz. d. l.*  
*qui præjud. rem illustrat.* Finitur † stipulatio rem ratam habere. (1) 47  
Absolutione judicii cujus nomine cautio interposita est *l. 8. jud.*  
*solu. (2.)* comprobatione litis à Domino facta. *l. 5. rem. rat. b. (3.)* de-  
fectu superveniente ex parte ratum habentis. *l. 24. l. 25. §. 1. eod. (4)*  
Raif. seu in totum seu pro parte subsecuta. *l. 12. §. 2. l. 18. l. 22. pr. §. 1.*  
*§ 2. eod. (5.)* Restitutione minoris in integrum. *l. 3. pr. d. t.*

Et hæc sunt, quæ secundum datam nobis à Domino DEO  
& salvatore nostro Jesu Christo scientiam & intellectus vigorem.  
*l. 3. inf. pr. C. d. vet. jur.* hæctenus per indices tantummodo *l. 1. §. 12.*  
*eod.* proferre potuimus. Materix equidem dignitas plura po-  
stulasset, sed partim ejus gravitas, quæ quasi in profundo posi-  
tum, hinc inde latitat, partim ingenii mortalis exiguitas. *l. 2. §. 16.*  
*l. 3. §. 16. d. tit.* remoram nobis objecerunt maximam. Exclaman-  
dum potius nobis est cum JMP. *d. §. 16.* quod multò utilius sit, pau-  
ca idonea dicere, quàm multis inutilibus homines prægravare.

---

**T**u quia divulgas, quid ratum habeatur; ad instar  
Præconis Themidos, digna brabeia feres.

PRÆSES

---

**C**um lux natalis surgit festiva diei,  
Non nullos cyathos juvat evacuare capaces,  
Tristitiamque mero sumpto dispellere cordis.  
Ast alii otia amant: hi ludo pectora mulcent.  
Noster *Heroldus* ait; cyathos, atque otia sperno:  
Nec ludum posco: tantum mihi pulpita cordi  
Ascendenda; & jus, quid ratum habeatur in illo?  
Ausus felices grator, tibi diva Themista:  
(Tu modo sic pergas) dabit inclyta præmia, honores.

*hæc paucula*

Perexim: ac præstant. Dn. consalino ac a-  
mico suo festinans adjecit

Georg. Böh.

Ein

**E**n Baum zeigt in der Blüte  
Als bald von seiner Güte  
Im Fall er tügen will:  
Ein Mensch zeigt in der Jugend  
Ob Laster oder Tugend  
Er ihm gesetzt zum Ziel.

2. Drumb waren deine Sorgen/  
Mein Herold! alle Morgen  
Allein darauff gericht/  
Wie du umb Themis höhen  
Wo so viel Weise gehen/  
Auch kämest an das Liecht.

Seinen Wehrtgeehrten brüderlichen Freunde und Tischgenossen aus  
schuldiger Glückwünschunge sunge dis wenige  
Johann Georg. Facius von Salffeld.

3. Wenn Titan mit den Pferden  
Sich machte zu der Erden  
Wenn Hecat ihre Bahn  
Die bleiche Bahn beschritte  
Und umb das Silber stritte  
Siengstu zu sinnen an.

4. Wohlan so sey besungen/  
Weil dir es so gelungen  
Fahr ferner also fort/  
Bis dir die Musen geben/  
Ein immer grünes Leben/  
In ihren Kräuter - Orth.

**D**ormahls offer sich betrübt  
Das geehrte Vaterland/  
Wann durch grimme Kriegeshand  
In ihr sich ihr Kind selbst übt/  
Wenn sie wurde ganz verheert/  
Oft Erbärmlich ausgeehrt:  
2. Iho hat es sich gewendet/  
Ihrer Kinder Fleiß der macht  
Daß sie lust erfreulich lacht/  
Es wird ihr iht zugesendet/  
Dreier Kinder Schrift beweiß/  
Schau was hier kan der fleiß!  
3. Unser Jehna wird es sagen/  
Wie sie fleißig für und für/  
Ihre Schaffe weiden hier/

Dann wann es begint zu tagen/  
Und wenn sich der Sonnenschein/  
Stürzet in das Meer hinein.

4. Was Bekräftigung kan machen/  
Und was sie vor Nutzen stift.  
(Weiset uns mit dieser Schrift/  
Hier mein Freund) in allen Sachen/  
Was / wie viel und mancherley  
Sie in unsern Rechte sey.

5. Fahre so mit solchen Sinnen/  
Immer immer also fort/  
Bistu zum gewünschten Port  
Kommest an die Themis Zinnen/  
Fama wil zum Lobes - Schein/  
Selbsten die Herholdin seyn.  
Solches sunge zu bezeigung seiner  
Freundschaft

Melchior Redel.

JESU CRUCIFIXO HONOR.

94 A 7360

94 A 7360

ULB Halle

3

002 381 974




sb.

7360



**A** **S**piritus sancto et ceperunt loqui  
humana dicit suo illud. Eua



IM JURIDICUM 8

De  
**FICA-**  
**ONE,**

*Quod*  
ANTE ET FAVENTE,  
*Primo* *Factorum Ordine in in-*  
*Salana, consentiente &*  
*probante,*

I R O  
*tissimo & Excellentissimo*

**TO FRIDERI-**  
J. U. Doctore Eminentis-  
alis Saxonicae Advocato di-  
Præceptore ac hospite suo æta-  
evenerando,

**CINANTE,**  
*rum publicè discutiendum*

*Junii*  
exhibet  
**STOPHORUS HERODEI**  
allensis.

**ENÆ**  
**JOHANNIS NISI.**  
**DC. LII.**